



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

Et sit quasi via ad præscriptionem sive consuetudinem Juris præscriptam. Ex quo sequitur, si consuetudo à legibus irrationabilis & iniqua judicata fuerit, non posse ex ea præscriptionem, sive consuetudinem Juris præscriptivam oriri, nisi, ut aliqui excipiunt apud Rochum, consuetudo inducatur sciente ac patiente Principe: quod licet aliàs verum sit, tamen non puto esse propriè dictam exceptionem à doctrina traditam, si enim Princeps sciens, consuetudinem permittat adversus legem induci, cùm illam, si vellet, prohibere posset, tunc lex non propriè per præscriptionem, sed per tacitam Principis revocationem abrogatur, ut proindè mirum non sit, neq; legitimi temporis diurnitatem, neq; bonam fidem in hoc casu requiri.

8. Verùm hoc loco objectio solvenda est: Nam quidquid per privilegium aut dispensationem Principis obtineri potest, id etiam per consuetudinem temporis immemorialis introduci posse videtur, quia tanti temporis possessio vel consuetudo facit præsumptionem tituli seu privilegii

five  
 Ex  
 s ir-  
 non  
 ue-  
 ut  
 ue-  
 ci-  
 non  
 n à  
 iēs,  
 le-  
 be-  
 ræ-  
 re-  
 mi-  
 liu-  
 ca-  
 da  
 aut  
 est,  
 ris  
 ur,  
 ue-  
 ori-  
 gii

vilegii, ut volunt DD. *ex cap: 1. de præscript:*  
*in 6.* ergò, si versemur in casu seu facto ali-  
 quo, quod non ita juri naturali vel divino  
 repugnat, quò min<sup>o</sup> saltem persuñi Pon-  
 ficis consensum ac privilegium honestari  
 possit, v. g. ut laici decimas percipiant, ut  
 jurisdictionem aliquam in personas Ec-  
 clesiasticas exercean, vel iis aliquam Col-  
 lectam imponant; ut in eadem Ecclesia  
 duæ dignitates cum Canonica obtinean-  
 tur &c. Sequitur in ejusmodi casibus eti-  
 am consuetudinem immemorialem in-  
 troduci posse. *Resp.* Hoc nullo modo con-  
 cedendum, atq; regulam illam. *Quasibilia*  
*privilegio sunt etiam quasibilia consuetudine,*  
*aut præscriptione necessariò limitandam ef-*  
*se Felin: in cap. accedentes n. 15 de præscript:*  
*ibid: Abb. n. 3. Rochus S. 3. n. 33.* si lex con-  
 suetudinem tanquam abusum & corru-  
 ptelam improbet ac damnet, nam præscri-  
 ptio locum habere non potest, si jus ali-  
 quem faciat incapacem possessionis & in-  
 dè consequentis præscriptionis, sicut vi-  
 dere est in jure decimarum, quòd cum ex  
 propria institutione sua Ecclesiasticum  
 sit, in laicum cadere non potest, nisi ex

speciali & legitima Ecclesiastici Prælati  
concessione aut Privilegio: ergò nisi ali-  
quis cum præscriptione talis tituli possi-  
deat, nunquam præscribere poterit, quia  
incapax est præscribendi. Hæc autem ra-  
tio similiter locum habet, quotiescunq̃ue  
jura aliquam consuetudinem ut irratio-  
nabilem damnant, nam hoc ipso reddunt  
eam inefficacem ad præscriptionem in-  
troducendam, vel quod eodem redit, u-  
tentes tali damnatâ consuetudine red-  
dunt jure inhabiles ad præscribendum  
adversus legem, quandoquidem consue-  
tudo per quam lex introducit, rationa-  
bilis esse debet.

9. Prævalere tamen poterit consuetu-  
do *Rochus loco cit. Abb. in cit. cap: accedentes.*  
quamvis Jure Ecclesiastico reprobata,  
his casibus. 1. Si scientiâ & patientiâ Prin-  
cipis liberâ adjuvetur, quamvis hanc non  
esse propriè dictam præscriptionem supra  
dictum sit. 2. Si consuetudo præsumpto  
aliquo titulo adjuvetur v. g. constante fa-  
mâ privilegii concessi, quod diuturnitate  
temporis amissum sit; *nam fama dat justam  
causam credendi, Cravetta de antiq: temporum*  
par.